



**T**elephus filius fuit Herculis & Auges filię Sa-  
gilli regis Gothorum. Hic pōst Penaxago-  
ræ auunculi obitum, qui sine liberis decesserat, Go-  
thorum rex declaratus fuit. Nam ex matre fortitu-  
dinem Gothicam, & ex patre Herculeas vires &  
prudentiam, quasi quędam hæreditaria bona con-  
secutus erat. Itaq; is non solū militari disciplina,  
in qua plurimum ualuit, sed etiam rerū gerēdarum  
prudentiam Gothos in omni uirtutū genere con-  
tinuit. Huius tempore, Anno 2780 gerebatur diu-  
turnum illud & crudele bellum Troianum cū Grę-  
cis ob raptam à Paride Helenam. Hinc Telephus  
ob gentis Gothicę fortitudinem ab utraq; parte  
ad bellum iocietatem uocatus, tandem partibus Troianorum accessit, quorum  
regis Priami sororem uxorem habuit. Aduentanti Tessander Gręcorum for-  
tissimus dux cum suo exercitu obuiam progressus est, tanquam Herculem in-  
fortissimo filio superaturus. Verū à Telepho uictus, occubuit. Hunc casum  
amici Aiāx & Vlysses, amaro animo ferentes, sese mutuò in ultionem extin-  
cti ducis hortantur. Nec minore fortitudine Telephus imminentes suo capi-  
ti gladios auertere conatus est. sed dū utrunq; egregiè pugnando excipit, at-  
que equus fortè laberetur, Achillis iaculo foemore fauciatus est. Verū quan-  
tumuis corporis vires eo uulnere fractę essent, tamen Gręcos ea in parte quā  
defendendā suscepit, mirū in modū perturbauit. In eo bello Telephus tandem  
obiit, & filium Euriphilum in regno successorē accepit. Ioan. Mag. lib. 1. ca. 36.